

ficio ut nichil magis officio possit esse otiosius. Videndus est igitur / ut ea libertate utamur que profit amicus ne
mini noceat. Quare lucij falle et Gay cesaris pecuniarum
translatio a iustis dominis ad alienos non debet liberalis iudicari.
Nichil enim liberale quod idem non iustum. Alter locus erat ca
utionis / ne benignitas maior esset quam facultates. Quod qui
benigiores uolunt esse quam res patiuntur. Primum in eo pe
ccant / quod iniuriosi sunt in proximos. Quas enim copias his
et suppeditari equius est et relinquere eas transferunt ad alios.
Inest enim in tali liberalitate cupiditas plerumque rapiendi
et auferendi per iniurias / ut ad largiendum suppetat copia.
Videre autem licet plerisque non tam naturaliter liberales quam quidam gloria
ductos / ut beneficia uideantur facere multa / que proficiunt
ab ostentatione magis quam a uoluntate uideantur. Talis autem
simulatio uanitati est conuictior quam aut liberalitati aut ho
nestati. Tertium autem est propertium ut in beneficentia de
lectus esset dignitatis. In quo et mores eius erunt spectandi in
que beneficium conferretur. et animus erga nos et ciuitatem ac so
cietatis uite. et ad nostras dignitates beneficia ante collata.
Que ut concurrant omnia optabile est. si minus plures ca
use maiores que ponderis plus habebunt. Quia autem uiuunt
non cum perfectis hominibus plene que sapientibus sed cum his in quibus
non perfecte agitur si sunt simulacra uirtutis et hoc intelli
gendum puto. neminem omnino esse negligendum in quo aliqua
significatio uirtutis appareat. Colendum autem esse ita quod
maxime ut quisque maxime uirtutibus his lenioribus exit ornat
modestia temperantia ac ipsa de qua iam multa dicta sunt
Iustitia. Nam fortis animus et magnus in homine non perfecto